Palaeographicae et criticae de Sulpicio Severo Aquitano commentationes.

Dissertatio inauguralis

quam ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum Monacensium ordine rite capessendos

scripsit

JOSEPHUS ZELLERER
Passaviensis.

Monachii.
Typis R. Oldenbourg.
MDCCCCXII.

De hac dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt
Carolus Weyman et Fridericus Vollmer.

De libris manu scriptis.

Eorum codicum, quibus Sulpicii Severi Aquitani libri ad vitam atque irtutes beati Martini episcopi Turonensis pertinentes continentur, admoum magnus est numerus. Ex eo autem, quod libri illi non multo post quam Severo erant editi per totum fere orbem divulgati sunt[1], facile intellegitur on pauca vitia in eos irrepsisse. Nec mirum eos, quibus ‚*nihil promptius, ihil carius*‘[2]) veniret a librariis, iam antiquissimis temporibus multis locis onge inter sese discedentes in diversas familias degenerasse.

Atque Halmio quidem hanc rem diligenter perpendenti duae librorum nanu scriptorum familiae exstare visae sunt, quarum alteram ‚Italicam‘, lteram ‚Gallicam et Germanicam‘ nominavit. Nos vero in hac commenatione ab Halmii exemplo divertentes libros laudabimus partim ‚I t a - i c o s‘, partim ‚G a l l i c o s‘. Sunt enim codices illi ad Germaniam specantes ad unum omnes Gallicorum apographa neque exhibent lectiones eculiares, ut nihil sit, cur instituas ordinem librorum Germanis proprium.

Illius autem familiae Italicae, quae Gallicae auctoritate longe anteedit, primas tribuamus necesse est codici vetustissimo V e r o n e n s i (V) nno 517 ab Ursicino Veronensis ecclesiae lectore exarato. (Vide Reiffercheid: Index scholarum in Universitate Vratislaviensi per hiemem 1872/73 abendarum p. 3; Traube, Vorl. u. Abhandl. I p. 251.) Qui codex iure merioque, ex quo a Scipione Maffei anno 1713 in lucem protractus est, propter ummam vetustatem plurimi a viris doctis penditur. Atque Hieronymus uidem de Prato, qui annis 1741—1754 Sulpicii Severi opera ‚ad manuscripos codices emendata notisque, observationibus et dissertationibus illustrata‘ ypis Seminarii episcopalis impressa Veronae in publicum edidit, rectissime n Vitae Martini verborum contextu restituendo hunc codicem maxime espiciendum esse sibi persuasit.

Secundum autem locum eiusdem familiae obtinere aequum est codicem, quem B r i x i a n u m (B) dicimus, quia, antequam intercideret, patrum Congregationis oratorii Brixiani fuerat. Qui quamquam saec. XIV. conscriptus esse dicitur, cum vetustissimi codicis sit apographum, optimas et ipse exibet lectiones; plerumque enim lectiones eius conspirant cum Veronensi. Sedtamen ex aliquot locis eum non ex Veronensi tamquam ex fonte derivatum esse certo apparet.

Neque illum codicem silentio praetervehar oportet ipsum quoque ad familiam Italicam pertinentem, quo usus B o n i n u s M o m b r i t i u s (M) anno

[1]) Vide Sulp. Sev. Dial. I, 23, 3, 4.
[2]) ibidem.

1479 Mediolani in eo opere, quod inscribitur ,Sanctuarium seu Vitae Sanctorum' vitam Martini et dialogos illos a Severo compositos edidit[1]). Quem codicem optimum fuisse, quicumque vel obiter in Mombritii librum inspexerit, persuasum habebit. Quam ob rem maximi momenti esse statui huius libri lectiones, ad quas Halmius in editione sua non nisi hic aut illic recurrit, ratione aliqua ac lege in hac commentatione in lucem evocari.

Praeter hos libros insigniores de Prato etiam alios eiusdem familiae codices respexit, quorum alterum Brixianum, Bivilaquium, Patavinum, Venetum appellasse hic satis habeo; hi tamen minorispretii esse videntur.

Sed iam ad alterius familiae codices transeamus. Ac primum quidem hoc loco de codice Quedlinburgensi (Q) commemorandum est saeculo IX. exarato.

Huc duo quoque alii spectant codices, quorum alter quondam Frisingensis (F), nunc Monacensis (lat. n. 6326) saeculo X., alter quondam Augustanus (A), nunc et ipse Monacensis (lat. n. 3711) saeculo XI. conscriptus est. Hos autem duos codices Halmius excussit omnesque lectiones, quibus A F a V discrepant, in notis verborum contextui substratis exhibet.

Quae autem de editione, quam vocant vulgatam, dicenda sunt, hic paucis absolvam. Haec quidem e libro profecta est, quem Wolfgangus Lazius ad calcem Pseudo-Abdiae Babylonii anno 1551 Basileae typis mandandum curavit. In hac autem Lazii editione omnes posteriores positae sunt. Et quidem editio quaedam Parisiensis anno 1571 Joanne Fabro doctore Sorbonico auctore curata non minoribus fere scatet mendis quam Lazii libellus. Quapropter Victor Giselinus medicus anno 1574 novam instituit editionem, quod opus utpote ex novem codicibus excusum non paulum suspicere debemus. Sedtamen et ipse Giselinus in hac editione Plantiniana nimium tribuit Lazii libro, quo factum est, ut Vulgata ab ipso initio multis mendis referta multum a nativo operis Severi splendore abhorreret.

His autem cognitis de tribus disseram codicibus aliis a nullo adhuc viro docto in adornando Severo adhibitis. Atque horum quidem unus est

codex Phillippicus 1877 (P) (Rose, Katalog der Meerman-Hss., pag. 237), saeculo IX. conscriptus, qui propter litteraturae suae habitum argumentumque ad Turonos ipsumque Martini spectat monasterium. Continentur autem hoc codice liber quidam sancti Martini de Trinitate[2]), Sulpicii Severi Vita Martini, epistulae ad Eusebium, Aurelium diaconum, Bassulam parentem, quattuor sermones de transitu Martini, dialogi, versus in cellis monasterii sancti Martini eiusque basilica inscripti, descriptio eiusdem basilicae, vita sancti Bricci episcopi et confessoris, qui Martino successit. Quem codicem, qui in bibliotheca regia Berolinensi adservatur, si adhibuissem, multum mihi proficere videbar nimirum religione quadam Turones obstrictos quam maxime integra Severi verba retinuisse ratus. Attamen hunc codicem ipsum multis castigationibus interpolatum corruptumque deprehendi. Atque ad verbum fere paucis locis exceptis, quibus genuinas servavit lectiones, eum cum codd. A F conspirare

[1]) Novam „Sanctuarii" editionem nuper curaverunt duo monachi Solesmenses. Parisiis 1910. Albert Fontemoing.

[2]) Migne Patr. lat. 18 col. 11—12.

cognovi. Cum autem codd. F P non solum in Severi de Martino libris nihil fere discordent, verum etiam ceteris partibus re atque argumento inter se concinant, probabiliter aliquis coniciat hos libros Germanicos apographa esse libri Turonensis. An ipse cod. P pater est codd. AF?

Alter codex, quem in recensendis Severi opusculis nemo adhuc respexit, est liber celeberrimus ille


Armachanus
(Book of Armagh)

anno 806 charactere Celto-Hibernico conscriptus, ecclesiae quidem Armachanae quondam peculium, sed anno 1845 Dublinum in bibliothecam collegii S. S. Trinitatis translatus. Hunc codicem littera D (scil. Dublinensem) designaverunt Wordsworth et White in editione magna Oxoniensi Novi Testamenti Latini (tom. I) 1889—1898.

Continentur autem codice Armachano:

1⁰ Documenta quaedam (latine plerumque scripta) de S. Patricio et ecclesia Armachana;
2⁰ Novum Testamentum, latine, secundum interpretationem S. Hieronymi;
3⁰ Sulpicii Severi scripta de S. Martino, quae hoc ordine stant disposita:
 a) Vita S. Martini (Halmius pp. 109—137);
 b) Dialogus I (Halmius I et II, pp. 152—198);
 c) Dialogus II (Halmius II [III], pp. 198—215);
 d) Epistula I (ad Eusebium) (Halmius, pp. 138—141);
 e) Epistula II (ad Aurelium) (Halmius, pp. 142—145) Epistula III deest.

Tab. I.
Cod. D fol. 191ʳ.
Initium Vitae Martini.




Huius autem codicis D ut inspicerem lectiones mihi contigit eximia benevolentia doctissimi domini J. Gwynn in Universitate Dublinensi professoris. Hic vir liberalissimus, qui editionem diplomaticam libri Armachani in publicum emissurus est, transmisit ad me folia codicis D typis impressa tot, quot ad S. Severum pertinent, ita ut documenta, quae de S. Martino codice continentur, ad unum omnia perscrutari potuerim. Quapropter hoc quoque loco huic generoso studiorum nostrorum fautori quam maximas grates ago.

Quae autem ratio intercedat inter codicem D et ceteros libros manu scriptos, infra in quaestionem vocabimus.

Tab. II.

Cod. D fol. 197ᵛ.

Vita Martini, Halm p. 125, 14 ss.



Jam vero ad illum codicem animum revocemus necesse est, quo maxime in his de Sulpicio Severo commentariis usi sumus. Quem codicem usque ad hunc diem summa iniuria neglectum neque a quoquam viro docto excussum esse plane mireris, quippe qui satis antiqua spectet tempora plurimasque exhibeat lectiones optimas. Quin immo nonnullis locis eum genuinas Severi lectiones retinuisse videbimus, ubi in omnibus codicibus notis atque in ipso codice Veronensi vetustissimo interciderunt. Sed iam describatur codex!


Est codex

M o n a c e n s i s ,

qui in bibliotheca Universitatis litterarum adservatur, signatus n. 3. 4⁰. Est autem membranaceus, formae oblongae minoris (longus circiter 21 cm, latus

13 cm), foliis 124. Folia autem incorrupta sunt omnia uno excepto fol. 102, cuius pagina versa ita iniuriam temporis passa est, ut maximam partem nisi aegre verborum contextum legere non possis. Et in initio fol. 1 et 2 codex et in fine fol. 124, ubi orationes ecclesiasticae e Missali Romano repetitae inscriptae sunt, aeris et tinearum magna prae se fert vestigia.

Tab. III.
Cod. K fol. 2^{v}.
Initium Vitarum patrum. (Rufinus.)



Continentur autem codice:

1⁰ ‚Vita sanctorum' a Tyrannio Rufino Aquileiensi conscripta sine prologo fol. 2^{v} fol. 80^{v} —[1]).

2⁰ ‚Sulpicii Severi Vita beati Martini episcopi Turonensis' fol. 80^{v} — fol. 104^{v}.

3⁰ ‚Epistulae eiusdem Severi ad Aurelium diaconum et ad Eusebium' fol. 104^{v} — fol. 111^{r}.

4⁰ ‚Liber sancti Augustini de difinitionibus dogmatum ecclesiasticorum' fol. 111^{r} — fol. 124^{r}[2]).

Praeterea in fol. 111^{v} orationes offendis ecclesiasticas[3]) ad natale Domini pertinentes, quae etiam in margines inferiores fol. 112 et 113 extenduntur. Hic codex fuit quondam Joannis Egolphi a Knoeringen, canonici Herbipolensis litteris deditissimi, post annum 1573 episcopi Augustani. Quem variis codicibus undique conquisitis bibliothecam Universitatis Ingolstadensis instruxisse eamque integra Henrici Glareani poetae et historici biblio-

---

1) Migne, Patr. lat. 21 col. 391 ss.

2) Migne, Patr. lat. 42 col. 1213 ss. Is autem re vera est Gennadii de ecclesiasticis dogmatibus liber.


3) Sunt item de Missali depromptae.

theca coempta locupletasse rerum scriptores memoriae prodiderunt[1]). Unde brevitati studentes codicem nostrum littera K, scil. Knoeringianum, notabimus.

Tab. IV.

Cod. K fol. 72r.

Item ex Vitis patrum locus.



Quod vero ad litteraturam spectat, scriptus est cod. K minusculis quas vocant litteris, sed hic et illic deprehendis characteres capitales vel unciales[2]); velut

[1]) Vide P. Corb. Khamm, ‚Hierarchia Augustana', Augustae 1709 p. 367.
Plac. Braun, Gesch. d. Bischöfe von Augsburg IV, 1—30.
Dr. C. Prantl, Gesch. der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München I, 344 ss.

[2]) Exempla initialia internoscas videlicet a ceteris oportet.


a	fol. 84, 21	in	arr℘to
B	fol. 59, 2	in	recuBaN
C	fol. 51, 12	in	Confirmabat
d	fol. 14, 16	in	disce
Gr	fol. 17, 24	in	Grat
E	fol. 55v 14	in	Et
F	fol. 66, 9	in	frutnq;
G	fol. 9, 14	in	Graue
h	fol. 50v 8	in	huic
I	fol. 56v 5	in	Ita
l	fol. 12v 15	in	lata
M	fol. 5, 21	in	Multa
N	fol. 83, 20	in	Nonsiust& iNpedimento
N	fol. 66v 22	in	Na
P	fol. 55v 17	in	Poscebamus
Q	fol. 84v 5	in	Qm̄
R	fol. 56, 19	in	luqrificaRe
S	fol. 57, 10	in	Sed
T	fol. 55v 20	in	Tunc
U	fol. 83v 21	in	Ut

Litterarum autem ductus quam saepe et quam subito immutetur, admodum mireris. Sunt quidem satis inter se aequales et pares eae litterae, quae a fol. 2v usque ad fol. 55v scriptae manant. Inde vero alia incipit scriptura superiore aliquanto contractior atque impolitior, quae usque in mediam fere partem fol. 56 producta est, unde surgens rursum ac crescens litteratura incondito admodum habitu deprehenditur, cum a media fere parte fol. 70v iterum idem ille contractior quem paulo ante diximus litterarum ductus exordium sumat. Sedtamen non longius procedit quam ad mediam partem fol. 72v, quo loco ampliori illi scripturae rursum occurris. Post mediam autem partem fol. 73 de integro litteras tenuiores ac contractiores fieri primo aspectu videre possumus, cum a fol. 76 amplior litterarum ductus revocetur. Concinna denique litteratura, quae in universum nusquam non sibi constare videtur, a fol. 85v initium capit neque prius quam in extremo codicis folio desinit.

Tab. V.

Cod. K fol. 81r.

Initium epistulae a Severo ad Desiderium datae.



Ego quidem fr̄ unanimme libellum
quem de uita sc̄i martini scripseram
scidere supprimere & intra domesticos
parietes cohibere decreueram quia
ut sum natura infirmissimus iudicia hu
mana uitabam ne quod fore arbitror
sermo incultior legentibus displiceret
omnium que reprehensione dignissimus
iudicarer qui materiam disertis merito
scriptoribus reseruandam inpudens occu
passem sed petenti tibi sepius negare non
potui quid enim esset quod non amori tuo
uel cum detrimento mei pudoris inpen
derem uerumtamen ea tibi fiducia li
bellum edidi qua nulli a te p̄dendum re-

Ex his, quae modo attuli, facile intellegi potest plures librarios in exarando hoc codice versatos esse; sed hi librarii non desinente quaternione, ut in aliis codicibus plerumque fieri solet, sese excipiunt, sed subito et inopinantibus nobis occurrunt. In quaternionibus autem ipsis id insuetius dicas, quod non ex pari foliorum numero, sed non semel ex plus quam octo foliis constant. Extenditur autem:


fasciculus	I a	fol.	2	—	fol.	10
,,	II a	,,	11	—	,,	19
,,	III a	,,	20	—	,,	30
,,	IV a	,,	31	—	,,	40
,,	V a	,,	41	—	,,	50
,,	VI a	,,	51	—	,,	58
,,	VII a	,,	59	—	,,	67
,,	VIII a	,,	68	—	,,	77
,,	IX a	,,	78	—	,,	86
,,	X a	,,	87	—	,,	94
,,	XI a	,,	95	—	,,	103
,,	XII a	,,	104	—	,,	111
,,	XIII a	,,	112	—	,,	119
,,	XIV a	,,	120	—	,,	124.

Undecim autem fasciculi primi in margine inferiore folii ultimi litteris signati sunt; sed in fine quaternionum IV, VI, IX, X litterarum vestigia non iam nisi aegerrime agnoscuntur. Trium autem primorum fasciculorum imagines hic proponam:


Quaternio I.



Quaternio II.



Quinio III.



Fasciculorum igitur compages quam sit incondita vides.

Etiam quot lineae in singulis foliorum paginis inveniantur huic loco inseram oportet. Ac ne hoc ipsum quidem per totum codicem ad certam

rationem ac legem constitutum esse vidi. Namque usque ad fol. 56 solent singulis paginis 25 versus contineri;

in	fol.	56^v	sunt	24 versus,	a	fol.	65^v—80^r	sunt	25 versus,
a	,,	57—61	,,	25 ,,	in	,,	80^v	,,	24 ,,
in	,,	62^r	,,	24 ,,	,,	,,	81	,,	25 ,,
,,	,,	62^v	,,	25 ,,	,,	,,	82	,,	24 ,,
,,	,,	63^r	,,	21 ,,	a	,,	83—86	,,	25 ,,
,,	,,	63^v	,,	24 ,,	,,	,,	87—104^r	,,	24 ,,
,,	,,	64^r	,,	23 ,,	in	,,	104^v	,,	23 ,,
,,	,,	64^v	,,	22 ,,	a	,,	105—117	,,	24 ,,
,,	,,	65^r	,,	24$^1/_2$,,					

excepto folio 110, cuius paginae rectae superior tantum pars inscripta est, cum in pagina versa utpote orationibus ecclesiasticis repleta vix scribendi ratio servata sit.


in fol. 117 sunt 25 versus,
a ,, 118 usque in finem sunt 24 versus.

Neque id omittendum est, cum Rufini ‚Vita sanctorum' ita per capita quaedam distincta sit, ut eorum, de quibus agitur, monachorum nomina plerumque ductibus maiusculis exarata exstent atque emineant, Severi ‚Vitae Martini' eam esse condicionem, ut post prooemium sine ulla intercapedine conscripta sit. Ac non modo non in capita quaedam singulae huiusce libri partes divisae sunt, sed ne litteris quidem maiusculis vel uncialibus significatae, cum sancti Augustini vel potius Gennadii libri de ‚difinitionibus' sectiones numeris in marginibus additis agnoscantur.

Tab. VI.

Cod. K fol. 81^v.

Exitus epistulae a Severo ad Desiderium datae: Initium Vitae Martini.



Restat, ut pauca de codicis

orthographia

disseram. Ac si quis hanc spectaverit, non sine mendis codicem conscriptum esse inveniet. Hoc autem loco ea quae ratione quadam iterari solent, maxime ad eas codicis partes, quibus Vita Martini et duae Severi epistulae continentur, spectans enarrabo. Numeri autem, quos hic addam, ad paginas et versus pertinent editionis Halmii (corpus script. eccl. lat. vol. I. Vindobonae 1866).

Plerumque igitur in codice K *ae* et *e* confusa sunt, velut 109,8 *sepius.* Sed et *ae* pro *e* scriptum invenitur, ut 116,8 *speciae* pro *specie*;

a pro *e* 119,5 *constituandum* pro *constituendum;*

e pro *a* 119,28 *perseverebat* pro *perseverabat;*

b pro *u* 128,8 *implebit* pro *implevit;*

econtra *u* pro *b* 113,4 *hauet* pro *habet;*

b ante *s* et *u* interdum eicitur, ut 115,15 *ostrictus* pro *obstrictus;* 113,3 *ouium* pro *obuium;*

c pro *g* 124,15 *fucarent* pro *fugarent;*

g pro *c* 118,20 *margentibus* pro *marcentibus;* cfr. cod. K fol. 5v2 *obsegrando* pro *obsecrando;* fol. 26v8 *graegorum* pro *graecorum;* fol. 70,1 *gallidis* pro *callidis;*

e pro *i* *relegioseque* pro *religioseque;* 112,12 *inlegatus* pro *inligatus;* 115,7 *cincere* pro *vincire;* 117,7 *redeunde* pro *redeundi;*

i pro *e* 115,11 *dispexisse* pro *despexisse;* 120,9 *ligir* pro *liger;* 132,28 *aduliscens* pro *adulescens;*

h hic et illic ante vocalem abicitur, ut 114,13 *actenus* pro *hactenus;* 115,6 *ilarius* pro *hilarius;* 121,2 *aud* pro *haud;*

econtra *h* additum est, ubi rectius deesset, velut 112,5 *heremum* pro *eremum;* et sic fere semper in hoc nomine; 114,20 *inhermis* pro *inermis;* 117,18; 125,23 *heiulans* pro *eiulans;* 134,1 *hisdem* pro *isdem;* cfr. cod. K fol. 13v *habundantia* pro *abundantia;* et sic saepius.

o multis locis cum *u* confunditur, ut 120,24 *edocati* pro *educati*;

u pro *o* 116,8 *diabulus* pro *diabolus;* sic et multis locis aliis: 119,12 *episcupus* pro *episcopos;*

oe pro *ae* scribi solet plerumque in ‚*poene*‘ ut 123,15.

qu pro *c* 114,7 *quoacto* pro *coacto;* 128,19 *inquomodi* pro *incommodi;*

t pro *c* 109,4 *iuditia* pro *iudicia;*

t bis positum 110,19 *postteritas;*

y pro *i* 112,14 *cybum* pro *cibum.*

Praepositiones autem quae dicuntur in compositione plerumque sine ulla mutatione adhibentur, velut adficere, conperire, conmilito, inpendere, obprobrium etc.

Aliud denique hic paucis absolvam necesse est. Exhibet enim codex hic et illic haplographias, ut ita dicam, quarum nonnullas hic proponere utile erit.

Exempli gratia legitur 115,2 *nemoreretur* pro *nemo moreretur;* 116,20 *et dextremum* pro *et ad extremum;* 116,26 *temporatus* pro *tempori arbitratus;*

117,18 *adcurritum vero* pro *adcurrit. tum vero;* 120,22 *ibitus* pro *ibi habitus;* 122,21 *ipsequerentur* pro *ipse sequerentur;* 125,22 *ibinspectante* pro *ibi inspectante;* 127,20 *aparisios* pro *apud parisios;* 113,11 *dexterahere* pro *dextera trahere;* 145,27 *chartalatium* pro *charta solacium.*

Atque etiam rem huic quam modo tractavimus contrariam hic proponi aequum est. Namque non modo duo vocabula eo quod similes inter se habent syllabas, in unum contrahuntur eiecta parte aliqua, verum etiam iterantur syllabae ita ut dilatetur vocabulum. Quod his illustrabo:

Legitur 119,21 *divinino* pro *divino;* 124,21 *divinono* pro *divino;* 128,13 *sanitanitatem* pro *sanitatem;* 132,11 *monasnasterio* pro *monasterio;* 133,7 *videbabatur* pro *videbatur;* 137,11 *nomiminari* pro *nominari.*

Quibus temporibus conscriptus sit cod. K.

His autem cognitis, qua sit vetustate hic noster codex K, in quaestionem vocabimus.

Atque hanc rem circumspexit prior Josephus Oeggel in catalogo suo librorum manuscriptorum Universitatis Monacensis adnotans esse hunc codicem saec. IX, si non adeo VIII. Sed rationes, cur hoc statuat, affert nullas.

Quapropter equidem ego accuratissime inspexi codicem, si quam exhiberet ansam, qua usus certum aliquod coniectura assequi possem. Nec perdidisse hanc operam mihi videor, quin immo scriptura codicis in iudicium vocata — caret codex subscriptione omnique temporis indicio — satis multa invenisse me existimo argumenta, quibus ostendi possit hunc codicem K exaratum esse prioribus aevi Karolini temporibus.

Constat Karolum Magnum iam primis imperii sui temporibus instaurari atque emendari iussisse artem scribendi. Horum autem temporum terminis usi scripturae proprietates, vetustiores an recentiores sint, metiamur necesse est. Ac si quis diligentius codicem K inspexerit, litteraturam eius nondum universam ad aevi Karolini amussim constitutam esse facile sibi persuadebit. Illa enim scripturae instauratione cum alia tum hoc effectum esse, ut et singuli characteres et verba quam maxime inter se separata scriberentur, nemo, qui disciplinam quam dicunt palaeographicam vel obiter attigit, nescit. Idque ex quovis saeculi IX libro perspici potest. Quid quod codex K plurimas litterarum exhibet ligationes?

Quarum quae sunt celeberrimae huc me afferre aequum sit:

ae	= ae,	velut fol.	11ᵛ 23	*prauae*
br	= br,	„ fol.	96, 18	*febris*
ct	= ct,	„ fol.	83ᵛ 3	*acctib;*
ec	= ec,	„ fol.	83, 22	*aecclesiam*
ect	= ect,	„ fol.	83ᵛ 24	*affectu*
eg	= eg,	„ fol.	71ᵛ 12	*egit*
em	= em,	„ fol.	86ᵛ 23	*temptaueris*
en	= en,	„ fol.	86ᵛ 20	*tenderet*
et	= et,	„ fol.	86ᵛ 20	v. tenderet

&	= et, velut	fol. 112, 11	*a&nus*
fi	= fi, ,,	fol. 48ᵛ 10	*fieret*
ger	= ger, ,,	fol. 83ᵛ 13	*integer*
ges	= ges, ,,	fol. 5, 3	*fenuges*
hi	= hi, ,,	fol. 50, 6	*mihi*
li	= li, ,,	fol. 60ᵛ 4	*populi*
mi	= mi ,,	fol. 50, 6	vide mihi!
ni	= ni, ,,	fol. 24, 23	*omnib*
mini	= mini, ,,	fol. 28ᵛ 6	*domini*
ns	= ns, ,,	fol. 59, 2	*recubans*
nt	= nt, ,,	fol. 59, 15	*distinabunt*
nt	= nt, ,,	fol. 4ᵛ 13	*Infantū*
or	= or, ,,	fol. 109, 18	*arbitror*
qua	= qua, ,,	fol. 48ᵛ 18	*aliquando*
ra	= ra, ,,	fol. 52ᵛ 23	*ʒrae*
rc	= rc, ,,	fol. 86ᵛ 9	*exercens*
re	= re, ,,	fol. 4, 14	*erigere*
ri	= ri, ,,	fol. 4, 14	*erigere*
ret	= ret, ,,	fol 66ᵛ 2	*fieret*
rm	= rm, ,,	fol 84, 9	*carme*
rn	= rn, ,,	fol. 62ᵛ 10	*carnis*
ro	= ro, ,,	fol. 7ᵛ 21	*rogabat*
rri	= rri, ,,	fol. 31ᵛ 1	*ferri*
rs	= rs, ,,	fol. 61, 22	*mors*
rt	= rt, ,,	fol. 87ᵛ 2	*morte*
st	= st, ,,	fol. 61, 11	*post*
st	st, ,,	fol. 64, 19	*post*
	vel	fol. 66ᵛ 14	*Idest*
te	= te, velut	fol. 67, 23	*tempore*
tet	= tet, ,,	fol. 85ᵛ 10	*dubitet'*
ti[1]	= ti, ,,	fol. 81ᵛ 13	*titulum*
tu	= tu, ,,	fol. 81ᵛ 13	*titulum*
to	= to, ,,	fol. 85ᵛ 19	*uictoriam*
tr	= tr, ,,	fol. 83, 13	*inlustris*
tra	= tra, ,,	fol. 80, 4	*intrauerint*
ur	= ur, ,,	fol. 84, 15	*misererentur*
us	us, ,,	fol. 60ᵛ 18	*xpianus*
xp	= xp, ,,	fol. 56ᵛ 8.	*xps*

Harum autem ligationum cum aliae recentioribus quoque temporibus — recentiora tempora saeculo VIII inferiora intellegi volo — in usu scribentium essent, tum aliae satis antiqua spectant tempora. Et

[1] de hac ligatione ti vide *E. A. Loew.* ‚*Studia palaeographica*', *A contribution to the history of early latin minuscule and to the dating of Visigothic Mss.* Sitzgb. d. philos.-philol. Kl. der K. b. Ak. d. W. 1910. 12 Abhdlg., p. 19 ss.

quidem illae ligationes *ꞵ, gr̄, gr, rg, re, rs, rs, st, æ, e, eae, q̄, rj,* longe abhorrent ab recentiore illa scribendi ratione neque ita frequentes e codicibus ad saec. IX pertinentibus erui possint. Quarum *ꞵ,* cod. K plurimis locis exhibet, *rg* praeter illum quem supra attulimus locum etiam in fol. $52^{v}16$ in *parte, re* etiam in fol. $60^{v}1$ in *faceretur* vel in fol. $76^{v}23$ in *probaretur.* *rj* quoque persaepe legitur; item *rs*, cuius ligationis nonnulla exempla illi superiori addam: fol. $6^{v}7$ *prisuinculibus,*, fol. 21, 12 *inspire*; fol. 32, 21; $116,^{v}7$; $116^{v}24$ *uers*; fol. 35, 10 *nostris* (folium, quod in cod. K numero 35 signatum est, recte est, ut obiter dicam, fol. 34) fol. 54, 10 *horrisyr*; fol. $114^{v}5$; $116^{v}23$ *curs*; fol. $116^{v}18$ *uters*.

Quid quod illa ligatio *qla* codice K exhibetur? Vetustissima nimirum censenda est. Quam invenis etiam in fol. $13^{v}24$ in *nequaqlit*; in fol. $19^{v}20$; 38, 15 *aliqla*; fol. 50, 4 *nuqlit*.

Peropportune autem in hac re cecidit, quod codicem illum Phillippicum adire potui. Atque de ligationibus, quomodo hic liber ad saeculum IX pertinens se haberet, quaerens nulla fere istiusmodi exempla in eo exhiberi inveni.

Ac de ligationibus hactenus! Nunc ad compendia quae dicuntur scripturae animum paulisper intendamus! Neque equidem cuncta allaturus sum compendia, quae in codice K satis multa inveniuntur. Longum enim est neque instituti mei rationi consentaneum. Ac ne de illis vetustissimis quidem, quippe quae partim in notis quae dicuntur iuris numerandae sint, velut *ē* = *est*; *∸* = *est* (fol. $61^{v}18$; 61, 24), *ñ* = *non*; *ñ* = *nunc*; *qm̄* = *quoniam*; *qc* = *quia* (fol. $114^{v}7$; $118^{v}14$); *ſ̄* = *sunt*, hic disceptatio esse debet; non multum enim ita causa nostra proficere mihi videtur, ut qui probe sciam compendia illa et recentioribus temporibus in usu librariorum fuisse. Quin immo ea magis spectare me atque indagare oportere statui, quae propria et peculiaria exhiberet codex K, vetustatis indicia, qualia prae se ferrent, perpendentem.

Ac primum quidem haec mihi contractio, quae dicitur, *gloa* = *gloria* in iudicium vocanda visa est. Hoc igitur compendium admodum rarum cum e folio 21,24 in lucem protraxissem, quid de eo iudicarem ignorans Ludovicum Traube, virum harum rerum peritissimum, a quo disciplinam palaeographicam me accepisse hodie quoque mihi congratulor, adii abhinc decem fere annos. Sed ipse quoque vir doctissimus confessus est hoc compendium nunquam ad id tempus sibi occurrisse. Attamen spatio interiecto liberalissime mecum communicavit excitasse se compendium *gloa* e codice quodam Bambergensi (H. J. IV. 15 n. 787) saeculo VIII in Italia conscripto. Unde satis liquet non modo rarum, verum etiam vetustum esse hoc compendium.

Deinde alia quoque e codice K eruere mihi licuit compendia, quibus, quamvis sint pauca, facile ostendi possit hanc scripturam nondum omnem ad leges scribendi aevo Karolino positas constitutam esse. Exempli gratia legitur in fol. 44,20; $51^{v}2$ *n̄i* = *nostri*, vetustum certe compendium; sed etiam recentiori contractioni *n̄ri* occurri, velut in fol. 8, 9.

n̄o = *nostro* non inveni, sed in fol. 117,10 offendi *n̄rs*. *n̄m* = *nostrum* legitur in fol. 7,17; $8^{v}3$; 10,6; $31^{v}13$; $47^{v}11$; at in fol. $47^{v}16$ etiam *n̄rm*, compendium recentius, deprehendi.

Item et nīr = *nostris* in fol. $53^{v}12$ et nrīr in fol. $39^{v}8$ mihi occurrit.

Vide *L. Traube „Geschichte der Kürzung von noster“* in *„Perrona Scottorum“*, Sitzgb. d. philos.-philol. Kl. d. k. b. Ak. d. W. 1900 p. 497 ss.

Tum plurimis locis cod. K. ūō = *vero* exhibet, velut in fol. 43,8. Huic autem scripturae vetustiori opponere possumus ů, quod recentius esse constat. Legitur, ut exempla afferam, in fol. $83^{v}12$; $83^{v}17$.

Quid quod in fol. $41^{v}6$ offendis hanc abbreviationem prbt = *presbyter*? Nonne plane insueta iudicanda est? Sedtamen, id quod in hac quaestione magni ponderis est, inveni alterum quoque compendium prebt in fol. 56,5 item *presbyter* significans. His autem exemplis commode adiunguntur prbiu = *presbiterum* (fol. $51^{v}25$) et prbrum = *presbiterum*, quae compendia et ipsa inter se repugnant. Nullo denique loco prbr, id quod vulgo in usu esse solebat, inveni.

Nec non id commemorandum est, quod in fol. $8^{v}18$ apostis = *apostolis* et in fol. 10,1 aprtr = *apostolus* scriptum est.

His autem aptr (fol. 117,8) oppono, quae contractio nimirum recentiora spectat tempora.

Duobus denique aliis compendiis animum intende item inter se discordantibus, quorum alterum legi in fol. $64^{v}12$, alterum in fol. 25,1. Est autem illud eclēā = *eclesiam*, hoc aecle = *aeclesiae*, a vulgari compendio aecta = *aeclesia* repetitum.

Quid igitur ex his, quae attulimus, exemplis consequatur necesse est? An fluxa admodum atque incerta fuisse consilia, quibus ducti librarii hunc codicem K exaravere? Neque enim aliter modo in hoc modo in illud scripturae compendium eos inclinaturos fuisse perspicuum est. Nascens quaedam igitur esse mihi videtur maximam partem huius codicis scriptura ac non ad certas et definitas leges stabilita, vel, quod fortasse aptius dicitur, ex coniunctione vetustioris et recentioris scripturae commixtum quoddam exstitit scribendi genus. Namque natura fert, ut nova instituta non temporis puncto neque in universum ab omnibus accipiantur, sed paulatim et gradatim in omnium usum venire soleant. Quo fit, ut librarios huius codicis non imperitos esse novae artis auspiciis Karoli Magni institutae eosdemque non omnino descivisse a vetustiore temporum superiorum ratione scribendi videamus. Nihil igitur obstat, quin statuamus codicem K prioribus aevi Karolini temporibus exaratum esse.

His autem cognitis

Quas lectiones exhibeat codex K

inquiramus!

Numeri, quos addam, ad paginas versusque editionis Halmianae pertinent. In conferendis autem lectionibus Fuertneri quoque opusculum, *„Textkritische Bemerkungen zu Sulpicius Severus. Landshut 1884/85“*, quo Halmii errores sublati sunt, respexi.

Index notarum.

A = Augustanus quondam, nunc Monacensis, saec. XI.
B = Brixianus, saec. XIV.
D = Dublinensis, saec. IX.
F = Frisingensis quondam, nunc Monacensis, saec. X.
K = Knoeringianus quondam, nunc Monacensis.
M = Mombritii liber.
P = Phillippicus quondam, nunc Berolinensis, saec. IX. Huius autem codicis, cuius est summus, ut iam supra disseruimus, cum AF lectionum consensus, neque in hac collatione neque posthac, ne molesta notarum mole praegravatus perspicuitatem desideres, mentionem faciemus paucis locis exceptis, quibus aliquid peculiare profert.
Q = Quedlinburgensis, saec. IX.
V = Veronensis, saec. VI.
v = editio vulgata.

Cod. K Vita Martini.


109, 1 carissimo || quidam || unianime — 109, 2 scida — 109, 4 ut sum] uisum || infirmissimus] *sic K cum V solo* — 109, 6 reprehensione ADFKv (*sed* D repraehensione) || materiam ADFKV *corr. et* v — 109, 7 petenti] penitenti — 109, 9 inpenderim — 109, 11 quia id spopondisti sed vereor] *om.* K — 109, 17 cum — potuisset BKV — 109, 18 a peccatoribus || predictam — 110, 1 esse] *om.* AB(?)FKv — 110, 3 decidi BK *et aliquot Giselini libri, ut est auctor de Prato* || solicismis — 110,5 olim] *om.* K || desuetudine DKV; *sed* D desuitudine — 110, 6 sed tamen ne nos maneat] *om.* K || quae tam modesta defensio tibi videtur subpresso nomine libellus edatur — 110, 9 auctorem] *sequitur in* KV: vale frater in Christo venerabilis, decus bonorum sanctorumque omnium. — 110, 10 mortales KV || studio et gloriae saeculari AFKV — 110, 13 concepta — 110, 14 suam BDKMV — 111, 2 perennem potius vitam quam] *om.* K — 111, 5 humanis DK || plane D, K, V *pr. m.* — 111, 10 ita quoque nostri — 111, 13 possemus — 111,14 is] *om.* K — 111, 15 ut se DKMV || episcopatu suo 111, 17 tantum sibi fuit conscius KM — 111, 18 hominibus] omnibus — 111, 20 credimus — 111, 22 fastigium — 111, 26 sabaria BKV || pannoniorum *ex* pannaniorum *corr.* — 111, 27 icini; *sed in ras. ante* ‚i‘ *m. 2* ‚t‘ *scriptum videtur* || altus K *pr. m. et V pr. m; sed in K m. post.* ‚i‘ *supr. vers. additum est* — 111, 29—31 ipse armata militavit non tamen sponte — 112, 2 duodecim KV; *sed in* K ‚duo‘ *expunctum, ex* ‚i‘ ‚e‘ *corr.* — 112, 3 caticuminum — 112, 4 opera — 112, 5 heremum — 112, 6 obstitisset] fuisset inpedimento DKV — 112, 8 implebit — 112, 9 edictum *ex* eductum *corr.* — 112, 10 eius] *om.* DKV — 112, 11 captus BDKMV — 112, 12 inplicatus] inlegatus || uno *ex* unum *corr.* — 112, 14 tergeret DK — 112, 15 tamen DKV — 112, 15 fere] vero — 112, 16 baptismum BDKMV || in armis] inermis || ab iis] ab his ADFKQV — 112, 17 inplicare || illius DBKV — 112, 21 pro] *om.* ADFKMv || commilitones suos (ADFKMv) definxerat — 112, 26 reservare D, F *corr.*, KMV || tum] dum

|| surdos — 113, 2 vestitum || solito *ex* ,solido' *ras. corr.* — 113, 3 inorruerat; *sed ead. m.* ,h' *s. v. add.* || ovium havet — 113, 8 clamidem — 113, 9 accinctus *ex* accenctus *corr.* — 113, 12 deformis et truncatus habitus — || tamen DKV — 113, 17 iuvetur — 113, 18 multitudini — 113, 20 verum || dominus] deus — 113, 21 fecistis haec DK: haec fecistis AFv — 113, 26 duodeviginti] K *cum plerisque* — 114, 1 tamen] *om.* K — 114, 6 licet DKV *et meliores Giselini* — 114, 9 et ut BDKMV — 114, 11 peteret] p̄teret — 114, 12 fore] forte — 114, 15 tunc — 114, 17 detractare DKV — 114, 22 et inermis — 114, 23 postera || hostis — 114, 28 mortibus DKV — 115, 2 nemoreretur — 115, 5 commemoratus — 115, 6 diaconatus DKMV — 115, 9 uno BDKV — 115, 10 exorcitam — 115, 11 dispexisse DK — 115, 12 multo D, K, P *ras. corr. et* V — 115, 15 multis BDKV || ostrictus — 115, 17 ingressus DKV || fratribus BDKMV — 115, 18 inter alpes] interra ipes — 115, 20 dexteram BDK || victis — 115, 21 postergum: *hic in codice verba* ,et spoliandus traditur qui cum eum ad remotiora' *m. post. s. v. iterata sunt* || adservandus et spoliandus DKV — 115, 24 vere || profitebatur DK — 115, 26 adfuturam] subvenire K *solus* — 116, 3 reddit; *sed ead. m. s. v.* ,di' *add.* — 116, 5 est *bis positum* || at haec — 116, 6 ex BDKV — 116, 7 mediolanium DKV — 116, 9 accipissent; *sed ead. m. alterum* ,i' *in* ,e' *corr. et* ,n' *expunctum est* — 116, 10 tendere KM: id tendere D — 116, 12 respondens — inquit BDKV — 116; 13 de KMV — 116, 15 a] *om.* ADFKMv || perseverente; *sed* ,a' *s. v. corr.* || plures; *sed inter* ,e' *et* ,s' *rasura est* — 116, 17 dein — 116, 18 et cum — 116, 19 repugnaret BDKMV — 116, 20 et dextremum — 116, 23 turbatam esse DK — 116, 24 instituit || ibi quoque] ibique — 116, 26 de] in — tempori arbitratus] temporatus — 117, 2 ferunt] fenun || gramen] *om.* K — 117, 3 venenis ingrassantis — 117, 4 depulit DK — 117, 6 induitam — 117, 9—10 ita eum vestigiis persecutus cum ab eo gratissime fuisset exceptus DK *soli* — 117, 12 iuxit; *sed ead. m.* ,n' *s. v. add.* || cupuens — 117, 15 exanimum — 117, 16 baptismo DK — 117, 18 heiulans; *sed* ,n' *ead. m. s. v. add.* || accurrit. tum] adcurritum — 117, 20 exanima — 117, 21 sensissetque] sensetque — 117, 24 trepidus || duarum] du — 117, 26 moveri || palpitrare — 118, 3 statim] sixtim || baptismum DKV — 118, 5 virtutium — 118, 7 et] aut — 118, 10 pristinae] prestnae — 118, 11 primum KV — 118, 12 iam hominibus: ab hominibus F — 118, 20 marcescentibus] margentibus *i. e.* marcentibus K *solus* — 118, 21 defuctus — 118, 25 sub idem fere tempus KV — 118, 26 rustitius KV; *sed* V: rusticius — 118, 27 simulto — 118, 28 egredetur; *sed ead. m. ante* ,t' ,re' *s. v. add.* — 119, 3 eodem; *sed ead. m. ex* ,o' ,a' *corr.* — 119, 4 episcopatum; *sed* ,a' *ead. m. ex* ,i' *corr.* — 119, 5 constituandum — 119, 8 vultu *ex* vulto *corr.* — 119, 10 du vituperare; *sed* ,a' *ead. m. ex* ,e' *corr.* — 119, 11 his] *om.* K || cogebat ADFKMv — 119, 13 quidam BDKMV — 119, 21 divini non utu; *sed ultima littera* ,u' *ras. exstincta* — 119, 23 qui KMV — 119, 25 esset DKMV — 119, 26 sumptu episcopitu — 119, 28 eius] *om.* DKM — 120, 5 frequentantium se: se KMV || possent; *sed ead. m.* ,n' *exp.* — 120, 6 semotus KM — 120, 7 desiderares — 120, 8 motis || excelsi BDKMV — 120, 9 ligir — 120, 11 multique BDKMV — 120, 12 monti — 120, 13 fere BDKMV — 120, 24 loge; *sed ead. m. s. v.* ,n' *corr.* — 120, 25 ex his AFKM — 120, 26 non sibi — cuperet sacerdotem BDKMV — 121, 1 viriutes — 121, 2 monasterio BKMV — 121, 3 veluti ||

consepultisibmartyribus — 121, 4 altere *esse videtur*; *sic et* 121, 21 || ibi apositum superioribus episcopis habebatur — 121, 7 tempora ADFKQv; *sed* Dv vel tempora — 121, 10 relioni; *sed* ‚gi' *s. v. add.* - 121, 12 paucis] faucis || fratribus] *om.* KM — 121, 13 esset] *om.* BK - 121, 14 tum] et tunc — 121, 15 lavam || prope] propter K *solus* — 121, 16 loqueretur KV — 121, 17 se esse — 121, 21 loco *ead. m. ex* locu *corr.* — 121, 22 submoveri] submori — 121, 26 ferebatur — 121, 29 cernet — 122, 1 lintea BKMV — 122, 4 levato BKMV || adversos BKF — 122, 7 promovere se DKV; *sed* D promoveri — 122, 9 ponunt BKMV || aspectantes ADFKv - 122, 10 tacite 122, 15 cum BDKMV — 122, 17 antistites] *sic* K *cum rell.* - 122, 18 cepit; *sed ead. m. s. v.* ‚o' *add.* — 122, 21 ipsequerentur || succidi] excidi ADFKMv - 122, 22 unus ex illis DKV — 122, 25 tu ruentem] tuerentem; *sed* ‚n' *ex* ‚m' *ras. corr.* — 122, 26 intrepide] intepidus — 123, 1 consentit AFKMv || 123, 1 habere DKM — 123, 4 corrueret] conruet || loco ADFKMv — 123, 8 ruinam] ruiam — 123,9 propiore] proiore — 123, 11 et intrepidus opperiens arboris casum cum iam — 123, 13 velut] *om.* ADFKMv — 123, 14 ita diversam — 123, 15 adeo] *om.* K || rusticus || toto — 123, 24 nullus sit qui locus — 123, 28 vico] vicino — 123, 29 inmisisset] iniecisset BDKM — 124, 2 scandit] ascendit DK — 124, 7 Leprosum] lebroso K: libroso DM: librosso *cod. Jureti*: librasso B: V *deest* || itidem BKM || superstitione *ead. m. ex* superstitium *corr.* — 124, 8 religionis] regionis || restitit] *om.* K. — 124, 10 ibi || cilitio et in cinere — 124, 11 precabatur a domino KMv — 124, 12 manus — potuisset] manu - posset DKM: manu AFv *quoque exhibent* — 124, 13 dirueret] distrueret K: destrueret M - 124, 16 dirueretur] distrueretur DK; *sed in* D ‚st' *exp.* || rediret] resideret] — 124, 18 spectantibus KM || dum profanam aedem eiusque simulacra redegit in pulverem — 124, 21 divino] divinono — 124, 22 iesum dominum DKV; *sed* D ihesum — 124, 23 deum] dominum DKV[1] | idola autem neclegenda] idoneclegenda — 124, 24 sibi adesse non possent K *cum plerisque* — 125, 2 verteret — 125, 5 sed eum — 125, 9 rusticanis — 125, 10 gentilium ADFKv — 125, 11 subverterent] distruerent - 125, 15 quod exequenti - 125, 16 ita ut ADFKM — 125, 19 adstabant DBKMV — 125, 20 nuntiatur ad civitatem illam venisse martinum ADFKMv — 125, 21 currit AFKMQ — 125, 22 ibinspectante - 125, 23 episcopis praesentibus ADFKMv — 125, 26 eam adeas B, D, K[1], M, P *ras. corr: sed* K *cum* V *m. post.* eas ad eam *in litura* — 125, 27 reddenda] reddita; *sed* ‚it' *s. v. add.* || obstipuit DKV — 125, 28 refugit] refuit; *sed m. post.* ‚g' *add.* || hoc suae non esse se dignum — 126, 3 expectans ADFKV — 126, 4 acturus — 126, 5 institium modi || solo prostratus oravit] solo se prostravit — 126, 5 inde egram; *sed post* ‚e' *in* egram ‚a' *ras. exstinctum* — 126, 7 infudit ADFKMv 126, 8 tum — 126, 10 eodemque DFK — 126, 12 ad se] *om.* K — 126, 13 de cellula KV — 126, 14 sęviebat; *sed inter* ‚i' *et* ‚e' ‚d' *ras. exstinctum est, ut prior lectio fuerit* sę (= sae) videbat — 126, 17 eo tempore BKM — 126, 18 implicitus] inplicatus — 126, 19 fuisset exactus; *sed ad* fuisset *m. post. s. v.* ‚g' *add. ita ut legatur* fugisset — 126, 21 dominum iesum DK *sed* D, *ut plerumque*, ihesum — 126, 22 nec multo post D, K, P *corr.*, V — 126, 25 ipso] *om.* K. || restitit] stetit — 126, 26 coquum patris familias - arripuit BDKM - 127, 4 obicit; *supra* obicit *verbum* arboris *scriptum est* - 127, 5 morsum] mosum, *sed m. post.*

,r‘ *s. v. add.* || digitus — 127, 6 inquint; *sed* ,n‘ *erasum* — 127, 8 digitos; *sed inter* ,g‘ *et* ,i‘ *rasura est, in qua* ,n‘ *scriptum fuerat* 127, 10 per os] prosus; *sed m. post. supra* ,o‘ ,r‘ *add.* — 127, 11 egestus] egressus DKM — 127, 12 motu KV 127, 15 decem daemonas secum] se decim demonas K: se x. demones D: sedecim AFv — 127, 16 dispersissent] dissipassent K *solus* || saltem; *sed inter* ,l‘ et ,t‘ *rasura est, in qua* ,u‘ *scriptum fuisse mihi videtur* — 127, 17 de irruptione] inruptionem ADFKMv 127, 18 media in eclesia AFKv 127, 20 apud parisios] aparisios — 127, 22 malo] mala — 127, 24 nec BDKMV 127, 25 fimbriae vestimento eius cilicioque detractae] fimbria vestimenti (AFKVv) eius cilicio (F *pr. m.* K) detractae — 127, 26 aut digitis Kv — 127, 27 saepe ab aegrotantibus morbos fugaverunt] persepe languorem ab egrotantibus fugaverunt KM 128, 2 quartanae ADFKV || ureretur] curaretur — 128, 3 pectore — 128, 4 accentu K *solus* — 128, 5 arboreum — 128, 6 dicaverit — 128, 7 virtutum DKV — 128, 10 paulinus vero vir magni ADFKMv , exempli cum oculum; *post* exempli *in K rasura est, in qua* cõ *scriptum fuisse mihi videtur;* cum *m. post. ante* oculum *add.* 128, 11 nubesuperducta 128, 12 texisset; *prior littera* ,t‘ *m. post. add; sed post* superducta *rasura est, in qua* ,t‘ *scriptum fuit* || peniculo AFKv || contigit; *sed* ,con‘ *ead. m. s. v. add.* — 128, 13 sanitanitatem — 128, 15 cum exanimis] ac tum exanimis — 128, 17 unguine AFKv — 128, 18 superlinere livores DK: superlinire BMV — 128, 19 sed BDKMV — 128, 22 fastidium; *sed m. post. ex* ,d‘ ,g‘ *corr. cfr.* 111, 22 — 128, 23 adque ut minora] post (p) quae minora K *solus* 129, 1 adulationi regiae] in adulatione regiae potestatis K: adulatione regiae potestati M — 129, 2 imperatorem; *sed* ,im‘ *m. post., ut videtur, s. v. add.* — 129, 4 orbis BDKMV — 129, 5 notaretur] nasceretur || degeneri ADFKMv — 129, 7 postolica; *sed* ,a‘ *m. post.* s. v. *add.* || regi supplicandum] supplicandum regi ADFKMv — 129, 11 se non sponte] non sponte se — 129, 15 in acie; *sed m. post. ante* acie ,f‘ *addit., ita ut legatur* facie 129, 17 quod id impetrasset] quod idem intrasset; *sed* ,e‘ *in* idem *m. post., ut videtur, ex* ,i‘ *corr.* || conviviae KV — 129, 19 idemque consul euodius] idem consul euvodius 129, 22 in sellula] sella DKM — 129, 23 sancte — 129, 25 sed] *om.* K 129, 27 post se prior biberet ABDK — 130, 2 quod in infimorum] quod infirmorum KM || nemo episcoporum] episcoporum nemo ADFKMv — 130, 11 apud eum invicem] invicem aput eum ADFKMv — 130, 12 ita DKV || sive sese — 130, 13 spiritalis nequitiae BDKMV; *sed* K spiritales 130, 16 autem] *om.* KM — 130, 18 ostentans AFKMv — 130, 19 congaudens ADFKMv — 130, 21 sollicitos ire praecipit] sollitus esse praecaepit; esse K *cum rell.* — 130, 22 adfectus fuisset] fuisset adfectus ADFKMv — 130, 25 ita] *om.* K exanimus — 130, 27 causam] casum K *cum plerisque* — 131, 2 cornu adegisse] cornua condidisse K *solus* || *inter* reddidit *et* quo *lacuna est, non rasura* || videris] *om.* K — 131, 2 nec multo post DKV — 131, 5 si] *om.* K *et duo libri Giselini, ut auctor est de Prato, et* v || ante ADFKv — 131, 6 aut BKMV — 131, 8 conatur DKM — 131, 9 in] *om.* K — 131, 10 saepe etiam KMV || *se*] *om.* K — 131, 13 protervis] propterviss (propẽuif); *sic et infra* 131, 15 — 131, 14 congnoscens — 131, 20 conversatione] conversione KV *et cod. Berol., ut refert Halmius; sed in* K ,e‘ *in* ,ne‘ *ex* ,i‘ *corr.* — 131, 21 desierint BKMV — 131, 23 praestari posse clementiam BDKV — 131, 27 Christi

mox vivescente vultu marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur AF, V, *Ven.*, *Laz.*, v: marescentibus *Bivil*: vultum arescentibus M: inardescentibus *Ald. et Parc.*[1]) *lib*:

clarescentibus *Pat.*

mox vivescente vultu marcescentibus oculis in oratione illius defunctus erigitur D.

p. 134, 3:

praemissa prece et circumiectus ipse luce V:

pre se K:

praese AF:

prae se v.

praemissa prae se potestate et circum amictus ipse luce D:

potestate *Lazii quoque liber et nonnulli libri Giselini exhibent.*

p. 135, 23:

tantum ingenii boni et tam puri sermonis V:

tantum ingenii tam, boni et tam puri sermonis AFv

tantum ingenii tantum boni et tam plures sermones D:

tantum ingenii tantum boni et tam puri sermonis *cod. Berol.* (*Vorstii*).

p. 138, 13: *Vide* p. 47.

p. 155, 16:

ea ibi sola messis est, quae celeritate proventus per naturam soli saevientium ventorum casus evadere solet *cod. Ven. et ed. Aldi*:

. . . . . . solis sive a vim ventorum . . V: solis sive aeris ventorum . . . AFv.

. . . . solis vel aeris ventorum evadere solet D || casus] *om.* D.

p. 161, 19:

vaste patentes eremi solitudines] *sic Halmius cum Vonckio:*

vastae patentes AFV:

vastae patentis *edd.*

vastae patentesque herimi solicitudines D; *sed* ‚ci' *expunct.*

p. 162, 14:

minor e pueris manu adprehensam ac pallio involutam ferre coepit V:

minoris pueri manu adprehensa ac p. involuta ferri coepit AFQ.

minoris pueri manu adprehensam ac pallio suo involutam ferre coepit D.

p. 171, 26:

sequens quoque annus vanum laborem iam affecti fratris eludit AF²v: effecti F *pr. m.*

Halmius: *fort.* ‚effeti': V deest.

sequens quoque annus vano labore iam effectum fratris eludit D: . . . . vano labore tantum effectum fratris eludit *Rosweydus quoque exhibet.*

[1]) Parc. = Parcensis a Giselino memoratus.

p. 181, 17:

tum demum clericus necessitate conpulsus V:
arta tum demum cl. n. c. B:
artatus demum cl. n. c. AF:
arctatus d. cl. n. c. V.

petit arctam domum adens clericus necessitate conpulsus D.

p. 191, 28:

spiritualiter salsa B: spiritaliter sancta V: spiritali sale condita v, F *corr. et aliquot libri Giselini:* spiritaliter (spiritualiter) sale condita AMQ.

et spiritalia facta D.

p. 195, 18:

ceterum hoc, quod dicturus sum, Sulpici, hoc te — me autem intuebatur — teste perhibeo V.
c. id, quod dicturus sum, Postumiane, hoc tibi — m. a. i. — t. p. AF[1]v: isto tibi F *corr.*

caeterum quod dicturus sum hoc tibi sulpici — me autem intuebatur — te teste perhibeo D: hoc tibi — te teste *Bivil. quoque et Pat. exhibent.*

p. 195, 24:

horrore quodam circumfundimur ac stupore V:
horrore qu. c. ac obstupescentes AF:
horrore qu. c. ac obstupentes v.

horrore circumfundimur obstupentes pudore quodam D.

p. 199, 20:

fidei testem V:
fidei testes AF:
fide testis v.

fide teste DQ.

p. 209, 23:

quia obnoxius episcopis inplacabilis erat] *sic Halmius:*
quia bonis id sibi inplacabilis erat V:
quia obnoxius sibi implacabilis erat M *et Ven:*
quia omissis implacabilis erat B:
quia nimis sibi implacabilis erat AFv.

quia inplacabilis bonis erat D. bonis V *quoque exhibet.*

p. 212, 12:

vir beatus rem esse promisit difficilem impetrari Fv:
v. b. remeare permissus difficili inpetratione V:
v. b. rem esse permensus difficilis impetrari B:
v. b. rem esse permensus difficilem impetrat A.

vir beatus mente permensus est difficile impetrari quod petebatur D.

His rebus cognitis quis est qui suffragetur disserenti apparere ex codice D Severi de Martino libellos non multo post quam a scriptore publici iuris facti essent, ad Hibernos transmigrasse, a quibus ex interpolationis periculis, quae pravo Turonorum studio in hunc auctorem ingruerent, essent servati? Timeo, ne sit temerarii ad sententiam Babutii descendere.

Sed quorsum hic pertinet codex Dublinensis? Mihi quidem non fugere posse quemquam videtur circumspectius in lectiones supra collatas inquirentem miram saepe intercedere similitudinem cum inter DV tum maxime inter DBKM.

Non sit ab re hoc quoque loco aliquot lectiones graviores, unde id quod modo proposuimus, manifestum fieri possit, in tabulas redactas proferre.

Conspirant igitur, ut omittam et quae leviora quaeque exhibent simul et cum uno vel altero ex ceteris communia, codices DV his locis:

DV.

p. 113, 26: annorum XXII.	*rell:* annorum duodeviginti.
p. 121, 10: derogans (dirog.) religionem (releg.).	*rell:* derogans religioni.
p. 135, 2: expeteremus (expetiremus).	*rell:* expetissemus.
p. 152, 3: gallus.	*rell:* gallus noster.
p. 154, 15: conpugit paene — destitutos. verum haec.	conpugit illum quondam tam amicum nobis tam amarum in nos esse potuisse. verum haec B *et 2 codd. Gisel.:* conpugit paene nos sapientis et religiosi viri amicitia destitutos illum quondam tam amicum nobis tam amarum in nos esse potuisse AF *et edd.*
p. 163, 20: quinquaginta.	*rell:* quadraginta.
p. 169, 4: ieiunus.	ieiunii M: in ieiuniis AFv.
p. 169, 7: bestia.	*rell:* fera.
p. 169, 26: occursum vitabat humanum V: occursum humanum vitabat D.	*rell:* congressus vitabat humanos.
p. 174, 18: quaedam hieme V: quadam hieme D.	*rell:* quaedam eremi.
p. 176, 3: romae urbi.	*rell:* romanae urbi.

p. 178, 11: deodem V: de eodem D.	*rell:* eadem.
p. 179, 14: honori tamen praelatis V: honeri tamen prolatis D.	*rell:* oneri tamen relatis.
p. 182, 1: longum admodum crinem.	*rell:* longius collum crinemque.
p. 189, 16: numquam causas de osculo diceremus et] *om.* DV *et, ut est auctor de Prato, cod. Trudonensis* (*Giselini*).	
p. 189, 20: corrigemur.	corrigendi (-dos *corr.*) fatemur Fv: corrigendi fatemur teuthones sumus ABM *et Ven.*
p. 190, 1: cum quidem ipsam frequenter audissem de eius amore profitentem V: cum quidem i. f. a. confitentem de eius amore D.	*rell:* cum quidem ipsam frequenter audissem alios etiam, qui talia agerent, increpantem.
p. 197, 1: et eadem ibi fuisse decreta.	ea ibi ab episcopis fuisse decreta AFv.
p. 201, 4: eademque — fervisse virtute.	*rell:* eandemque — servasse virtutem.
p. 206, 10: quae in thronum sublime.	quae in conum sublime B *et cod. Trudonensis Giselini:* quae in quo collectio summitatis thronum sublime (-mẽ F) AFQ.
p. 206, 14: idoli structa consisterent.	*rell:* idoli structura consisteret.
p. 211, 18: communione quam mixtus est V: commonione misceri qua mixtus est D.	*rell:* communione misceri.
p. 216, 14: in omni munere.	*rell:* inani munere.
p. 216, 22: in illius ultione V: in ultione illius D.	ex illius ultione B: ex illius (illis A) discessu AFv.

Satis igitur inter se cognatos esse codd. DV perspectum habemus.

Nec non peculiari quodam nexu contextum esse codicem D cum codice K his illustretur exemplis:

DK.

p. 117, 9: cum iam Hilarius praeterisset ita eum vestigiis persecutus cum ab eo gratissime fuisset exceptus DK.	cum iam Hilarius praeterisset, ita eum est vestigiis prosecutus: cumque ab eo gratissime fuisset susceptus V: *Vide* p. 48.
p. 140, 20: humo ex lassitudine itineris urguente sompno D: humo somno ex lassitudine itineris urguemte K.	humo ex lassitudine itineris urguente V: humo lassitudine itineris urguente AFv.
p. 140, 28: in se reversus ut sciret non in fuga sed in domino esse praesidium DK.	in se reversus non in fuga sed in domino sciens esse praesidium V: sciens] om. AFv.
p. 141, 3: divinitus vallatus igne submoto innoxius ibi orbe flammarum orabat D: divinitus igne submoto innoxio sibi orbe flammarum vallatus orabat K.	*rell:* divinitus igne submoto innoxio sibi orbe flammarum orabat.
p. 141, 5: crepitante — incenso somno excitati obserratas effringunt fores D: crepitante — incendio somno exciti obseratas effringunt fores K. *cfr. lectionem Lazii:* sono excitati.	*rell:* crepitante — incendii sono obseratas effringunt fores.

Huic denique loco has intexam lectiones insigniores necesse est, quas recedentes a ceteris habent **DKV:**

p. 112, 6: non fuisset inpedimento DKV.	*rell:* non obstitisset.
p. 115, 21: adservandus et spoliandus traditur DKV.	ad servandum et spoliandum B: servandus et custodiendus AFvM.

Quid? quod BD habent quoddam commune vinculum? Pauca satis habeo afferre exempla, quae soli tuentur ex notis hi codices.

BD.

p. 123, 19: nemo — fuit, qui non inpositionem manus desideraret et do-	*rell. excepto* V, *qui deest:* nemo fuit, qui non impositione manus

minum iesum — crediderit D: nemo — fuit, qui non impositionem manus desideraret et domino iesu — crediderit B.	desiderata dominum iesum — crediderit.
p. 154, 2: vidimus BD.	*rell:* vivimus.
p. 161, 7: vitia BD.	*rell:* vitam.
p. 186, 17: regno potiebatur BD.	rerum potiebatur Fv: rerum summa potiebatur A: rerum omnium potiebatur imperiu~ V.

Missos facio locos, quibus DM alienas a ceteris proferunt lectiones; sunt non pauci illi quidem, sed leviores. Nectamen praetereundus videtur gravissimus ille locus, de quo mire consentientes deprehendi BDKM:

BDKM.

p. 126, 26: Cui cum ut discederet imperaret, cocum (coquum) patris familias — arripuit BDKM.	cui cum ut discederet imperaret, quendam e familia — arripuit APv: imperaret cui cum ut discederet, quendam e familia — arripuit F: cui cum ut discederet imperaret et patrem familias — arripuisset V.

Nonne igitur praeclarissimum hoc ad diiudicandas codicum stirpes exemplum?

Accedit ad hanc societatem quod non paucis locis consensu conspiranti tuentur hi codices Gallicorum librorum lectiones, id quod non levissimum huius familiae vinculum esse videtur.

Sed ut paucis absolvam: In tres videntur libri manu scripti discessisse ordines, quorum uni tribuendum est singulare atque vetustissimum exemplar Veronense (V), alteri codd. BDKM, tertio libri Turonenses vel Turonensium apographa (AFPQ). Verum cum BDKM mirum persaepe in modum et cum V conspirent iidemque non raro concinant cum exemplis Turonensibus et tamen recedentes hic illic ab utroque ordine integras exhibeant Severi lectiones, adducor ut ex eodem quo V archetypo profectos esse illos quidem libros existimem, sed ad normam recensionis Turonensis retractatos. Codicem vero V et ipsum per partes aliquas vitiatum esse praveque detortum satis apparet.

Observationes criticae.

Quoniam igitur quae videatur esse codicum necessitudo disseruimus, redundetne aliquid ex his codicibus in emendandum Severum videamus!

Ad p. 112, 8:

Sed cum edictum esset a regibus, ut veteranorum filii ad militiam scriberentur, prodente patre, qui felicibus eius actibus invidebat, cum esset annorum quindecim, captus et catenatus sacramentis militaribus inplicatus est.

Hoc loco codd. DKV ‚*eius*' in ‚*felicibus eius actibus*' omiserunt. Et hoc quidem recte. Quid enim fuerit causae, cur Halmius deteriorum codicum lectionem secutus sit, non video, qui in praefatione sua p. X disseruerit se in Severi libris recensendis optimi Veronensis lectiones, nisi manifesto corruptae viderentur, summa cum fide exprimere; ‚in libris enim', inquit, ‚qui quo saepius lectitabantur, eo magis interpolati sunt, res anceps videbatur inter diversas codicum familias modo hanc modo illam sequi et lectionum optionem quasi arbitrariam facere'.

Haec ille. Attamen a se ipse iudicioque suo hoc loco descivit. An manifesto corrupta esse videtur haec lectio codicis V? Minime gentium. Immo multo praestantior habenda est. Nam quibus moribus atque ingenio pater Martini fuerit Severus hoc loco dicere mihi videtur. Pater ille utpote gentilitatis errore implicatus atque obstinate ‚in malis perseverans' (Vit. Mart. 6, 3) non solum felicibus filii sui actibus invidet, sed invidus esse videtur cuivis feliciora agenti.

Cfr. Claudianus in Eutrop. I 306: ‚discors oriens felicibus actis invidet'.

Ad p. 112, 15:

Triennium fere ante baptismum in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus inplicari solet.

Hoc loco codd. ADFKMPQV ‚his vitiis' exhibent. Quod restituendum est; nihil est, quod hic sequamur lectionem vulgatam. Nam plurimis locis Sulpicius Severus ‚hic' pro ‚is' usurpat, velut Chron. I p. 7, 12; p. 9, 9. Chron. II p. 59, 23; 62, 7; 67, 20; 74, 26; 98, 26. Vit. Mart. p. 111, 9; 121, 5; 134, 26. Ep. III p. 147, 12. Dial. I p. 173, 5. Dial. II p. 194, 22; 210, 25; 211, 5.

Quod iam monuit Aug. Lönnergreen: De syntaxi S. Severi, commentatio acad. Upsala 1882 p. 11.

Cfr. etiam Stangl, Vorrede zu Curtius p. XXII.

Ad p. 118, 20[1]):

Mox vivescente vultu, marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur.

Quam lectionem plane perversam etiam ab Halmio in verborum contextum inductam esse satis mireris. Nam quid sibi velit hoc loco, quo agitur de mortuo ab inferis suscitando ,marcescentibus oculis' nemo est, qui intellegat. Est enim marcesco nostra lingua = ich werde schlaff, ich erschlaffe. At reviviscit mortuus ille!

Unde vero lumen affundamus huic loco difficillimo? Codices enim prorsus inter se variare et dissentire cognovimus (Vide p. 49).

Satis quidem commoda videtur esse lectio, quam Aldus ex suo codice itemque Giselinus deprompsit ex libro Parcensi:

,inardescentibus oculis'.

Nec male ,vivescente vultu' et ,inardescentibus oculis' inter se concinere contendat aliquis.

Sedtamen quamvis haec recentiorum illorum codicum lectio nobis arrideat, ne scite magis quam recte interpolatoris opera in verborum contextum invecta sit, timemus. Atque huc referenda putamus ea quae A. Huber (Die poetische Bearbeitung der Vita S. Martini des Sulpicius Severus durch Paulinus von Périgueux, Kempten 1901 S. 35 f.) ad hunc locum attulit. Et ipse intellexit ,marcescentibus' repugnare contra veritatem et sententiam huiusce loci. ,Verisimilius est' inquit ,Severum scripsisse marcentibus oculis'. Formam autem inchoativam ,marcescentibus' prāeeunte ,vivescente' in codices irrepsisse arbitratur. Neque absurde nobis in sententiam suam videtur trahere et Paulinum Petricordiae et Venantium Fortunatum, quorum gravissimorum testium ille anno fere 470, hic anno fere 570 Sulpicii Severi Vitam Martini versibus expressit. Legitur autem apud Paulinum Vit. Mart. I, 378:

,. . . . . complexus triste cadaver, elisos oculos. . . .'

apud Fortunatum Vit. Mart. I, 191:

,Languida colla levans oculosque ex morte soporos,
Vix reserans gravido vigilantia lumina visu'.

Sed quid plura disputo? ,Marcentibus oculis' desiit esse coniectura, stat pro vero. Comprobatur enim auctoritate codicis K, qui egregie haec profert:

,Mox vivescente vultu, margentibus oculis in ora illius defunctus erigitur'.

,Margentibus' autem mendose scriptum est pro ,marcentibus'. ,g' (G) littera enim saepe in codicibus scribi solet pro ,c' (C) atque in ipso codice K hoc factum esse probe scio. Velut legitur — id quod iam supra monuimus — fol. 5^v2 ,obsegrando' pro ,obsecrando'; fol. 26^v8 ,graegorum' pro ,graecorum'; fol. 70, 1 ,gallidis' pro ,callidis'.

Ad p. 119, 28:

Eadem in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat.

Hoc loco eleganter deest in codice K et in libro Mombritii et referente de Prato in duobus aliis Italicae familiae codicibus ,eius', quod post ,corde'

[1]) Vide harum commentationum p. 49.

legitur. Item cod. D omisit ‚eius'. Cum autem in codice V haec verba ‚eadem in corde humilitas' omnino desint, non est, cur lectionem vulgatam aut ceteros libros deteriores sequamur. Lectio igitur codicum DK et Mombritii libri, quae etiam Hieronymo de Prato arrisit, restituenda est.

Ad p. 121, 14:

Tum conversus ad laevam vidit prope adsistere umbram sordidam trucem.

Hic cod. V ‚prope' omnino omisit. ‚Prope' codd. ADF et M exhibent.

Cod. K hoc loco profert ‚propter', quam genuinam Severi lectionem esse censeo.

Huius rei argumentum afferre possum ex Dial. I p. 170, 29: ‚Casu clibanus propter (AV) ardebat.

Ex eo autem quod hoc loco et codd. DF et quinque codices alii referente de Prato ‚prope' habent, colligi licet et illo loco, de quo haec quaestio incidit, lectionem ‚prope' nihil nisi interpolationem esse.

Hunc quoque locum, quaeso, inspicias p. 149, 16: ‚Haec locutus diabolum vidit prope adsistere'.

Et cod. A pr. m. et duo optimi Giselini codices hic lectionem praebent ‚propter'. Atque ipse cod. P apud Turonos ipsos exaratus hoc loco habet ‚propter'. Unde mihi persuasi lectionem ‚prope' utpote faciliorem glossam esse.

Ceterum etiam praepositionis loco Severum usurpare hoc ‚propter' = in der Nähe cognovi ex Chron. I p. 18, 29:

‚Moyses et Aaron in montis cacumine Dominum propter . . . . . constitit'.

Ad p. 122, 15:

Item cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae fano erat proxima, esset adgressus excidere, tum vero antistes loci illius ceteraque gentilium turba coepit obsistere.

Hoc loco codd. KV habent ‚antistites'. In codicibus DF ‚antestites' legitur. Cod. P lectionem ‚antistes' quidem nunc praebet, sed inter litteras ‚s' et ‚t' rasura est, unde facile effici potest etiam in hoc codice priore manu scriptum fuisse ‚antistites'. Cum autem in optimis cuiusvis familiae libris legatur ‚antistites' vel ‚antestites', cur Halmius ‚antistes' scribi maluerit, frustra quaeras, cui ‚anceps res videretur modo hanc modo illam codicum familiam sequi'. An ex eo quod verbum est ‚coepit', scribi debet ‚antistes'? Minime vero; nam cum spectet hoc loco ‚coepit' et ad ‚antistites' et ad ‚ceteraque gentilium turba', congruit cum ‚turba' tantum, id quod haud raro fieri solet apud scriptores latinos. Severus quidem quamquam non profert exemplum plane simile, tamen non semel praedicatum ad plura subiecta pertinens in singulari numero locat, velut Chron. I p. 4, 12: Cain atque Abel nascitur. Chron. II p. 97, 4: Constantissimus . . . habebatur . . . Foegadius et Servatio . . . Chron. II p. 105, 9: . . . plebs dei et optimus unus quisque . . . habebatur.

Id autem maxime credam hoc quoque loco, ut saepe alibi, Halmium temere secutum esse Hieronymum de Prato, cui lectio ‚antistes' magis arrisit.

Ad p. 122, 26:

Tum ille intrepide confisus in Domino facturum se pollicetur.

Hoc loco cod. D ‚intripidus', cod. K ‚intepidus' mendose pro ‚intrepidus' habet. ‚Intrepidus' autem, quod Mombritii quoque liber exhibet, restituendum est, ita ut sic scribatur:

‚Tum ille intrepidus, confisus in Domino, facturum se pollicetur'.

Huius rei argumenta afferam haec: p. 117, 23 legitur:

‚Orationis suae ac misericordiae Domini intrepidus exspectabat eventum'. p. 123, 10:

‚At ille confisus in Domino intrepidus opperiens'.

‚Trepidus' vel ‚trepidi', non ‚trepide' mavult Severus his quoque locis: Chron. II p. 102, 2. Dial. I p. 165, 22. Dial. II p. 202, 10; 210, 5.

Nusquam legitur ‚intrepide' vel ‚trepide'.

Ad p. 126, 3:

Ingens turba pro foribus expectabat, quidnam Dei servus esset facturus.

Hoc loco codd. A, F, P *pr. m.*, V ‚expectans' exhibent, quam lectionem restituendam esse optime ostendit Fuertnerus in libello illo, quem supra diximus p. 14.

Quod me confirmare posse ipsis codicibus DK lectionem ‚expectans' exhibentibus gaudeo.

Ad p. 126, 23:

Per idem tempus in eodem oppido ingressus (sc. Martinus) patris familias cuiusdam domum in limine ipso restitit dicens horribile in atrio domus daemonium se videre. Cui cum ut discederet imperaret et patrem familias, qui in interiore parte aedium morabatur, arripuisset, saevire dentibus miser coepit et obvios quosque laniare.

Haec lectio est codicis V.

APv haec habent, si verba antecedentia omittis:

Cui cum ut discederet imperaret, quendam e familia, qui in interiore parte aedium morabatur, arripuit. Saevire dentibus miser coepit et obvios quosque laniare.

F praebet haec:

Imperaret cui cum ut discederet, quendam e familia, qui in interiore parte aedium morabatur, arripuit. Saevire dentibus miser coepit et obvios quosque laniare.

Codd. vero BDKM haec proponunt:

. . . cui cum ut discederet imperaret, cocum (coquum K) patris familias . . . . . . arripuit. Saevire . . . . laniare.

In tante autem lectionum diversitate rem accuratius perpendamus necesse est. Atque primum quidem hoc statuo lectionem codicum APv nihil nisi interpolationem esse. Namque sine suco et sanguine mihi esse videtur. Sed nihili sit licet, hoc ex ea colligi potest verba ‚quendam e familia' non casu nec forte fortuna in verborum contextum invecta esse; sed recte aliquis coniciat alius sententiae loco quavis causa eiectae lectio-

nem illam inductam esse. Quaenam vero illa sententia? An illa, quam cod. V profert? Manifesto et ipsam corruptam censeo. Quod etiam Hieronymo de Prato visum est ipsi quoque eam respuenti. Aliquantillum dura enim atque salebrosa haec verborum constructio putanda est, cum post ‚et' suppleas necesse sit ‚is' vel ‚hic', i. e. diabolus, ad quem verbum ‚arripuisset' spectat. Aliquid aliud praeterea circumspiciendum puto: Severus modo mentionem fecit servi daemonio correpti et rogatu patris familias a Martino sanati (p. 126, 10 ss). Neque aliter fere, opinor, res se habet hoc de quo agitur loco. Non pater familias est daemoniacus, de servo item narrat scriptor ab immundo spiritu cruciato.


Quosnam igitur codices sequi nos aequum est? An lectionem, quam codd. BDKM exhibent? Sane hoc quidem ego censeo.

Atque in primis hoc facile fieri potuit, ut in codicibus, cum verba ‚cui cum' antecederent, verbum ‚cocum' propter similitudinem exciderét. Exempli gratia hunc locum respice p. 109, 9: ‚Verumtamen ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli a te prodendum reor, quia id spopondisti. Sed vereor ne . . .'

Hoc autem loco in codice K nulla nimirum alia causa, quam quod verba ‚reor' et ‚vereor' in idem desinunt, omnia quae inter ‚reor' et ‚ne' interiacent, eiecta sunt. Simile vero in illum locum, de quo quaestio incidit, convenire mihi videtur.

Alterum argumentum colligi potest ex lectione codicis F. Nullo enim pacto mihi persuadere possum temeritate tantum librarii ‚cui cum' post ‚imperaret' scriptum legi. Nonne inde conici licet etiam in eo codice, ex quo F exscriptus est, ‚cui cum' post ‚imperaret' positum fuisse, quod corruptum ex ‚cocum' interpretemur oportet? Genuinae sententiae ‚. . . . imperaret, cocum . . . .' vestigium aliquod haec lectio codicis F prae se ferre mihi videtur.

Mendum vero codicis V sic ortum esse videtur:



Sed si haec tibi leviora videntur, illud certe maximi ponderis esse concedes, quod et Paulinus et Fortunatus scribit de ‚coco'.

Paul. Vit. Mart. II, 578 s:

‚Nec mora continuo coepit iam proditus hostis arrepto saevire coco . . .'

Fortunat. Vit. Mart. I, 453:

‚Arreptoque coco vexat fera belua praedam'.

Horum autem scriptorum auctoritate permotus Huber quoque sibi persuasit narrasse hoc loco S. Severum de coco.

Quibus argumentis hoc denique accedere potest, quod verba illa ‚qui in interiore parte aedium morabatur' optime revocare possumus ad cocum utpote in culina vel ad culinam versantem. Cf. H. Blümner, Die röm. Privataltertümer, S. 47. Nec non multo vegetior restituta codicum BDKM lectione totus hic locus redditur. Nam cum punctum post verbum

‚arripuit‘ ponendum sit, genus quoddam incisim dicendi exsistit ad rem ipsam atque veritatem optime accommodatum.

Ad p. 128, 4:

Arborius . . . . epistulam Martini . . . . pectori puellae in ipso accessu ardoris inseruit.

‚Accessu‘ Halmius secutus Hieronymum de Prato scripsit.

In codicibus ADF ‚accensu‘ legitur. Item in V. Sed in hoc ‚s‘ manu posteriore in rasura scriptum est. Unde Halmius optime hoc coniectura assecutus est Severum scripsisse

‚in ipso accentu ardoris‘.

Quam coniecturam confirmare possumus. Namque feliciter in codice hoc nostro K lectionem

‚in ipso accentu ardoris‘

offendimus.

Vocabulum autem ‚accentus‘ e medicorum consuetudine repetitum (P. Geyer, Arch. 8, 1893, 472) haud raro apud scriptores Gallicos legitur. Velut Greg. Tur. vit. patr. 8, 8:

‚epilentici morbi accentu‘.

vel vit. patr. 14, 3:

‚ab illo tertianarum accentu febrium‘.

vel vit. patr. 16, 3:

‚quartanarum tertianarumve vel reliquarum accentus febrium‘[1]).

Ad p. 130, 21:

Sollicitos ire praecipit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu adfectus fuisset.

Hoc quidem loco qua de re agat Severus, ut enarrem, res postulat. Refert igitur scriptor Martinum monasterii sui monachos in unum coegisse, ut cum eis communicaret diabolum aliquem e familia interfecisse. Ut autem, quisnam hic esset, comperiret, omnes cellulas eos sollicitos percurrere iubet quaerentes, quis abesset.

Codices autem ad unum omnes hoc loco ‚sollicitos (‚sollitus‘ K) esse‘, non ‚ire‘ habent. Halmius quidem ‚ire‘ scripsit temere respiciens de Prato ad hunc locum haec adnotantem: ‚Nescio quomodo omnes libri consentiunt, ut legant hoc loco ‚esse‘ pro ‚ire‘, quomodo legendum videretur‘.

Haec ille quidem. Sed antequam ad coniecturas qui in emendando scriptore versatur refugiat, hoc ante omnia videat quaeratque necesse est, nonne lectio codicum possit retineri. Atque hic quidem mihi probatur de Prato, qui quamquam maluit ‚ire‘ non tamen ausus est ‚esse‘ e verborum contextu exstinguere. Neque quae sint rationes, quare hoc fiat, video. An ‚sollicitos esse per cellulas‘ non latine dictum? Minime mihi abhorrere videtur haec dictio e sermone vulgari repetita a tenui huius scriptoris genere

[1]) Vide Max Bonnet, le latin de Grégoire de Tours, p. 268.
Thes. l. l. s. v. accentus.

dicendi ‚res potius quam verba perpendentis' neque eam alienam esse puto ab humili oratione Martini monachi. Quid autem valeat hoc loco, dubium esse non potest:

‚Genau nachsehen sollen die Mönche in den Zellen, wer abgehe', ut nostra lingua utar. Subest quidem huic voci notio curae, nec tamen est potior. Similiter interpretatur Woelfflinus ‚sollicitum esse super' = beaufsichtigen (Regula S. Benedikti 22, 6. Vide Ed. Wölfflin, Die Latinität des Benedikt von Nursia, Arch. 9, 1896, 510 sq.).

Ad p. 131, 18.

Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter antiqua delicta melioris vitae conversatione purgari (sc. testabantur aliqui).

‚Conversatione' est lectio codicum ADF. Quae lectio et Halmio et de Prato arrisit. At codd. KMV et referente de Prato codex Vorstii habent ‚melioris vitae conversione'.

Ipse quoque codex P ‚conversione' exhibet, sed hic m. post. s. v. ‚at' additum est, quo efficeretur ‚conversatione'.

Nihil autem hanc lectionem ‚conversatione' nisi interpolationem esse pro certo habeo.

Atque facillime hoc vocabulum utpote Christianis scriptoribus usitatissimum confundi potuit cum ‚conversione'.

‚Conversatio' autem apud Sulpicium Severum semper idem valet quod commercium vel convictus. Exempli gratia Chron. II p. 60, 29; Dial. I p. 163, 19; Dial. I p. 169, 23.

Sed hoc loco Severus agit de homine quodam, qui superiore vita derelicta ad bonos sanctosque mores convertitur. Sulpicius denique ipse, quomodo interpretemur hunc locum nos docet paulo ante haec dicens:

‚Testabantur etiam aliqui ex fratribus audisse se daemonem protervis Martinum vocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diversis erroribus perdidissent, conversos postea recepisset.'

Optimorum igitur codicum lectio restituenda est.

Ad p. 132, 24:

Idque vobis signum erit in me Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sim.

‚In me Dei esse virtutem'

exhibent codd. D, M, P, liber Vorstii (Berolin.).

Codd. FQ et referente de Prato codd. Patav., Ven., Aldi liber habent:

‚me in dei'.

Codd. vero AKV et v hanc lectionem in medium proponunt:

‚me dei esse virtutem'.

Recte Halmium perstringat aliquis, quod rursus ab instituti sui ratione, qua codicem V sequi debebat, desciverit probaveritque temere de Prato ad hunc locum adnotantem sibi prae ceteris arridere lectionem:

‚in me dei esse virtutem'.

An haec lectio ‚me dei esse virtutem' ‚manifesto corrupta'? Quae quin genuina sit, dubitare non possumus. Namque hoc loco agitur de Anatolio quodam iuvene magorum artes exercente. Ac cum Severus scripsit ‚me dei esse virtutem', nonne ad locum illum Sacrae Scripturae spectasse eum censebimus, quo scriptum est de Simone mago: ‚Hic est virtus dei!'[1])
Act. apost. VIII, 10.

Ad p. 134, 1:

Non praetereundum autem videtur, quanta Martinum sub isdem diebus diabolus arte temptaverit. Quodam enim die praemissa prece et circumiectus ipse luce purpurea, quo facilius claritate adsumpti fulgoris inluderet . . . . . oranti in cellula adstitit.

Hoc loco verba ‚praemissa prece', quae in codice V leguntur, in quaestionem vocemus!

Quam igitur habeant sententiam, dici vix potest. Quomodocumque eris interpretatus, desiderabit sententia lucem. Multo aptior esse mihi videtur lectio codicum AF ‚praese' i. e. ‚prae se' exhibentium. Idem in M et in P legitur, cum cod. D ‚praemissa prae se potestate et circum amictus ipse luce . . .' habeat, quam lectionem interpolatam esse censemus.

Quae denique est lectio codicis K? Ipse quoque ‚pre se' i. e. prae se exhibet. Ex hac autem lectione ‚pre se' colligi potest, quomodo factum sit, ut librarius codicis V ‚prece' scriberet. Probabile enim est in ipso codice, ex quo V defluxit, scriptum fuisse ‚prese', quod librarius pro ‚prece' habuit

prece se

prece V.

Namque sunt simillima saepe forma in antiquissimis codicibus litterae s et c.

Quae res optime ipso scripturae exemplo codicis V, quod exhibet de Prato, illustratur.

Maximi vero momenti esse duco, quod legitur post ‚prece': ‚Circumiectus ipse luce purpurea'. Nonne hoc ‚ipse', si tibi probatur Halmii lectio, supervacaneum est? Sin autem recte scriptum, nonne verba ‚et circumiectus ipse luce purpurea' contrarium aliquod desiderant? Contrarium autem intellegitur illud ‚prae se'. Nempe hoc mihi Severus dicere videtur ita ‚angelum lucis'[2]) adstitisse oranti Martino, ut non solum ipse claritate fulgoris circumfusus esset, verum etiam lucem prae se effunderet.

Ad p. 134, 7:

Cumque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multumque silentium ambo tenuerunt.

‚Multum silentium' lectio est codicis V.

Codd. ADFMP ‚multumque silentium' exhibent.

[1]) Cfr. Chron. II p. 83, 13: ‚qui (sc. Simo magus) cum magicis artibus, ut se deum probaret, duobus suffultus daemoniis evolasset . . . . .

[2]) cfr. Cor. II, 14 ‚ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis'.
De hoc loco, unde haud scio an excusa sit Severi narratiuncula, me admonuit C. Weyman.

Quas lectiones depravatas esse manifesto apparet. Vidit hoc iam pridem M. Petschenig, qui quidem auctoritatem Venantii Fortunati[1]) secutus hunc locum hac ratione interpretatur:

‚diu mutuum silentium a. t.‘

Vide M. Petschenig, Wiener Studien III 305 sq.

Huc vero commode lectio accedit et codicis B (de huius lectione errat Halmius) et codicis K. Quorum uterque exhibet:

‚mutum silentium‘.

‚Mutum‘ autem interpretandum esse h. l. ‚mutuum‘ facile perspicitur.[2])

Legitur denique ‚silentium mutuum‘ – ut satis pateat non abhorrere hanc sententiam a consuetudine scriptorum – apud Minucium Felicem Octav. 9, 5.

Adp. 134,15.

‚Non se‘, inquit, ‚Jesus Dominus purpuratum nec diademate renidentem venturum esse praedixit‘.

‚Renidentem‘ scripsit Halmius. Libri autem omnes habent ‚renitentem‘ excepto codice K, unde genuinam lectionem ‚renidentem‘ eruere mihi licuit.

Ad p. 134, 12:

Martine, quid dubitas credere, cum videas?

Quam lectionem habent AFP. D exhibet: ‚Martine, quid dubitas credere, quem vides?‘

Sed multo aptius cum rerum condicione ea mihi convenire videntur, quae leguntur in KMV: ‚Martine, quid dubitas? Crede, cum videas!‘

Huc spectat etiam codex B haec proferens: ‚Martine, quid dubitas? Cerne, cum videas!‘ Nam hoc ‚cerne‘ mendose scriptum esse pro ‚crede‘ facile intellegitur. Quod iam vidit de Prato.

Ad p. 136, 7:

Illam scilicet perseverantiam et temperamentum in abstinentia et in ieiuniis, potentiam in vigiliis et orationibus noctesque ab eo perinde ac dies actas nullumque vacuum ab opere dei tempus, quo vel otio indulserit vel negotio, sed ne cibo quidem aut sommo, nisi quantum naturae necessitas cogebat, vere fatebor, non si ipse, ut aiunt, ab inferis Homerus emergeret, posset exponere.

‚Cogebat‘ lectio est codicum AF. Codd. KMV habent ‚coegit‘. Ipsius quoque codicis P librarius ‚coegit‘ scripturus erat, quod rasura in ‚cogebat‘ immutavit.

Neque hoc loco, quamvis enitar, invenire quidquam possum, quare deteriorum librorum prae ceteris esse debeat auctoritas.

Sedtamen ipsorum codicum KMV lectionem depravatam esse pro certo habeo. Atque legendum est ‚coegisset‘.

[1]) Ven. Fort. Vit. Mart. II, 294: „Mutuaque ambo diu tenuere silentia“.

[2]) Eadem vocabula confuderunt librarii Dial. II p. 200, 1. Quo loco exhibent alii codices ‚mutam‘, alii ‚mutuam.‘

Etenim hoc modo coniunctivo, quem interpretatur Joennergreen iterativum[1]), in sententiis relativis aliis quoque locis utitur Severus, velut p. 120, 20:

‚Vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coegisset'.

P. 167, 18:

‚Quas nox coegerit, sedes habent'. Hoc autem loco cod. B perperam exhibet, ut est auctor de Prato, ‚coegit'. Inde facile colligitur et ipso quem tractamus loco librarios nulla alia ratione quam quod quo spectet hic modus coniunctivus ignorarent scripsisse ‚cogebat' vel ‚coegit'.

Sed inclinari mihi quidem videtur res auxilio codicis D, unde ut lectionem ‚cogisset' — deest littera e — eruerem, feliciter mihi contigit.

Ad p. 140, 19:

Ipse, ut erat moris, nuda humo ex lassitudine itineris urguente requievit.

‚Ex', quod legitur in V, omiserunt codd. AFP.

Ac si quis has duas tantum lectiones respexerit, suo iure in hanc posteriorem inclinabitur. Namque molestiam aliquam videtur habere lectio codicis V, ne dicam pleonasmum a pressa Severi oratione abhorrentem.

Atque ut exempla afferam, scriptum est Chron. I p. 14, 9: ‚Urguente morbo', non ‚ex morbo urguente'.

Vel Chron. I p. 32, 5: ‚Urguente nocte', non ‚ex nocte urguente'.

Neque aliter videtur res se habere hoc de quo agitur loco. Et hic quidem aut ‚lassitudine itineris urguente' aut ‚ex lassitudine itineris' scribi debebat.

Sed tamen lectionem codicis V vestigium aliquod genuinae Severi lectionis prae se ferre iudico. Intercidisse enim aliquid ante ‚ex' statuendum est. Quaenam vero integra huius loci sententia?

Non alia atque haec, quam exhibet codex K:

‚Ipse, ut erat moris, nuda humo, somno ex lassitudine itineris urguente, requievit.'

Intercidit nimirum in libris ‚somno' post ‚humo', quandoquidem similiter haec verba desinunt.

Succurrit denique Knoeringiano Dublinensis haec exhibens:

‚Nuda humo ex lassitudine itineris urguente sompno requievit.'

Ad p. 140, 27:

Vestem, quam indutus erat.

‚Quam' lectio est codicis V. Codd. ADFKPv ‚qua' habent.

Et hoc quidem recte.

Nulla enim alia causa librarius codicis V ‚quam' scripsit nisi quod verbum antecedens in ‚m' desinit. Subsequens quoque attende indutus.

---

[1]) Immo videtur esse restrictivus vel potius consecutivus:
136, 70 cibo . . . indulsit uni, (ei) quem coegisset n. n.
120, 20: . . . vinum is (talis) noverat, quem i. coegisset.
167, 18: eas (eius modi) sedes habent, quas n. coegerit.

Hoc autem disserens minime halucinari mihi videor. Nam et alibi, cum vocabulum antecedens in litteram ‚m' desinit, ipsum verbum subsequens incuria scribentis in ‚m' desinens deprehenditur.

Duo huius rei exempla proposuisse satis habeo: legitur in codice V ad p. 110, 14:

‚Sedtamen nihil ad beatam aeternamque vitam haec eorum curam pertinuit'.

Haec autem pro ‚eorum cura pertinuit'. Vel p. 142, 20:

‚Superpositamque capiti meo manum tactum blandissimum sentiebam'. Scribi tamen debuit: ‚. . . . manum tactu blandissimo . . . .'

Sed omnis eo videtur tolli dubitatio, quod apud Severum ceteris omnibus locis ‚induo' cum ablativo coniungitur. Velut Chron. I p. 46, 26: cilicio indutus.

Vit. Mart. p. 113, 7: nihil praeter chlamydem, qua indutus erat, habebat.
p. 113, 10: reliqua (sc. chlamyde) rursus induitur.
p. 134, 4: veste . . . regia indutus.

Dial. I p. 181, 14: indutum amphibalo.

Ad p. 143, 4:

Nec multum post . . . .

Haec est lectio codicum ADFQV eamque reiciendam esse censeo. Restituendam vero contendo lectionem Vulgatae et codicis K ‚nec multo post' exhibentium. Quod in ipso quoque codice P in rasura legitur. Sed ut satis res liqueret, omnes Severi libros diligentissime inspexi. Unde hunc scriptorem ubique ‚nec multo post' scripsisse mihi persuasi. Unum huic opinioni obstat, quod Chron. I p. 8, 16 legitur ‚nec multum post'. Sed hanc lectionem codicis Palatini ad saec. XI. pertinentis, quae ipsi Halmio aliquid attulit scrupuli, nonne corruptam esse statuemus, cum his tot locis legatur ‚nec multo post':

Chron. I p. 23, 13; p. 23, 18; p. 52, 17; p, 54, 3.

Chron. II p. 60, 27; p. 74, 15;

Vit. Mart. p. 115, 12; p. 117, 5; p. 118, 14; p. 126, 22; p. 131, 2.

His quoque locis mavult Severus uti ablativis mensurae:

longo ante Chron. I p. 27, 1;
paulo ,, Dial. I p. 185, 14;
,, ,, Dial. II p. 202, 4;
,, post Chron. I p. 52, 21;
,, ,, Chron. II p. 80, 2;
Dial. I p. 164, 15;
Dial. I p. 181, 9;

parvo post tempore Vit. Mart. p. 130, 6.

Ad p. 144, 23:

Praeter illa cotidiana illius adversum vim humanae spiritalisque nequitiae diversa certamina, dum in eo variis temptationibus adpetito semper exsuperat fortitudo vincendi, patientia expectandi, aequanimitas sustinendi.

,Vim' in nullo legitur libro. Invectum autem hoc vocabulum in verborum contextum est ab Halmio, qui probavit de Prato ad hunc locum haec adnotantem: ,*Ratio*', inquit, *συντάξεως postulat* adversus humanas spiritalesque nequitias: *aut supplendum est aliquid*'.

Atque ingenue fatemur hanc Halmii coniecturam admodum esse bonam, cum inter ,adversum' et ,umanae' ,vim' facile intercidere potuerit.

Nectamen sic scripsisse Severum mihi persuasi. Atque hoc ante omnia mihi inquirendum esse statui, num codicum lectio omnino reicienda esset. Quod negandum esse censeo.

Namque verba illa ,cotidiana illius' non ad ,diversa certamina' spectant. Immo inter se sunt nectenda verba ,humanae spiritalisque nequitiae diversa certamina'. Variae enim et multiplices sunt Martini insectationes: ,mille nocendi artibus' petitur vir sanctus spiritualibus nequitiae.

Verba vero ,illa cotidiana illius' posita sunt pro nomine substantivo, ita ut idem quod ,cotidiana illius facta' valeant.

Persaepe enim Severus numero plurali adiectivi generis neutrius utitur certi ac definiti nominis loco, id quod iam pridem cognitum est.

Vide Schell, De Sulpicio Severo Sallustianae, Livianae, Taciteae elocutionis imitatore. Diss. inaug. Monasterii Guestf. 1892, p. 21.

Exempli gratia legitur in Vit. Mart. p. 111, 16:

,omnia illius',

vel Dial. I p. 186, 9:

,minima illius et cotidiana',

vel Dial. I p. 186, 10:

,minima illius aliorum maximis maiora'.

Agit igitur hoc loco, de quo quaeritur, Severus, ut nostra lingua utar, von den Taten des Widerstandes, welche Martinus — wie bekannt — Tag für Tag wider die verschiedenen Anfechtungen der Bosheit der Menschen und Dämonen vollbrachte.

Ad p. 152, 11:

In remotis Aegypti locis.

,locis' legitur in V.

M, Patav., Bivil., Aldi et aliquot libri Giselini proferunt ,partibus'. Ex hac ipsa autem librorum dissensione recte aliquis, ni fallor, coniciat et ,locis' et ,partibus' interpolationes esse. Ac si quis consuetudinem huius scriptoris respexerit, non iam quin legamus oporteat ,in remotis Aegypti', quae lectio est ADFv, dubitabit.

Hac enim verborum structura plurimis locis utitur Severus:

Velut Chron. I p. 38, 1: in huius interiora.
Chron. I p. 48, 3: de exiguo olei.
Epist. I p. 139, 17: supra maris profunda.
Dial. I p. 161, 18[1]): ad Aegypti extrema.
Dial. II p. 204, 14: in medio ecclesiae etc.

Ad p. 202, 14:

. . . quod somnio fuisset inlusus . . .

‚Somnio' scripsisse Severum recte coniecit de Prato auctoritate permotus Venantii Fortunati, qui Vit. Mart. IV, 126 sq haec exhibet:

‚hinc famuli inludunt domino crepitante cachinno
dicentes stupidi se somnia vana videre'.

Libri autem omnes corrupte hoc loco proferunt ‚somno' praeter unum Dublinensem, qui genuinam lectionem ‚somnio' fideliter servavit.

---

[1]) Hunc quoque locum respice: Dial. I p. 192, 24 ‚in remoto'. Sed cod. D interpolate exhibet: ‚in remoto loco'.

Vita.

Natus sum Josephus Zellerer a. d. IV. Cal. Jan. anni MDCCCLXXVI in Palatinatus Superioris vico, cui nomen est Rohrbach. Litterarum elementis instructus sum in gymnasio Monacensi, quod appellatur ex Guilelmo duce, et in schola Latina Schyrensi. Maturitatis testimonium anno MDCCCXCVI Frisingae adeptus per quattuor annos in universitate Monacensi studiis philologis operam dedi. Examinibus superatis et munere militari expleto Monachii in eo quod supra dixi gymnasio discipulos docere didici. Ad officium scholasticum admissus anno MDCDII magistri munere functus sum primum per quattuor annos Straubingae, deinde per biennium Vici Julii in partibus Rheni, nunc autem ex Septembri anni MDCDVIII in gymnasio Passaviensi doceo discipulos.

Ad haec studia autem aggressus sum auctoritate Caroli Weyman impulsus. Cui praeceptori meo nec non et Friderico Vollmer, qui et ipse consilio atque opera me adiuvit, gratias ago libens laetus merito.